



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Joannes Gualbertus. 12. Iulii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

## S. JOANNES GUALBERTUS.

12. Iulii.

**E**N varem, en pauperum Patrem, en Ascetarum  
Magistrum, miris multis maximisq; illustrem!  
Nosse vis unde illi hæ artes? semina audi melioris  
vitæ. Perit JOANNES armigero stipatus Florentiam  
patriam urbem: angusto in calle obvium habet  
hostem à cognato sanguine calentem. Scilicet in  
iras animus, in gladium GUALBERTVS assurgere,  
& parricidium certè homicidio velle pensare.  
Quid ageret saxum inter & aram hostis? Ecce  
bonum in arenâ consilium! ad genua irati descen-  
dit, utque ignoscat per orantem è cruce pro hosti-  
bus suis Patronū Christum orat. quid exspectas?  
vincit brevis sed fortis eloquentia. iris animum,  
ferro manum exarmat. verbo, amici discedunt.  
Sub hæc in ædem sacram JOANNES pergit, & ecce  
Icon suffixi in crucem Christi capite annuens gra-  
tias habet ex suo nomine inimico veniam non  
neganti. Quid ad ista, ô Pyrrhæ genus? vos in-  
quam, quibus pectus immite plusquam æs triplex  
asperat, jurati hominum & in homine DEI hostes,  
& quos hoc unum juvat, non solos perire. Judice  
precante, reo non ignoscitis rei? tantus è cruce  
Orator, tot ora vibrans quot vulnera non persua-  
det? lignea movet se imago, vos duratis? annuit  
Christus, vos abnuitis? Ite, ite Sampsones egregii,  
& tumultum hosti, sed unà vobis parate. *Ex Surio.*

*Dum nos invicem odio habemus, ita muros civitatis  
Hierusalem contra nos claudimus, ut nobis nullus aditus  
remaneat, per quem intrare possimus: nam qui charita-  
tem habere noluerit, quâ fronte ad DEVM, qui charitas  
est, præsumit accedere? B. Cæsar. hom. 4.*

S. JU-